

Jura decent Reges, decet et clementia, quorum  
 illa hominum damnant, servat at ista oenus.  
 Quum vero nullus mortali semine natus  
 Hoc unquam possit morte piare scelus,  
 Ipse ego decrevi miseris invisere terras,  
 Atq; homines dura solvere lege necis.  
 Hoc precor, alme pater, concedito: namq; favorem  
 Terricolae nostrum et mitia facta Vocant.  
 Dixeral haec Christus: pater annuit atq; hominum Rex:  
 Annuit et sanctus Spiritus ipse Dei.  
 Unde statim mundo facta est promissio, sera  
 Quod ventura foret posteritate salus,  
 Quodq; orta ex longo foemella semine proles,  
 Serpentis pedibus conteret omne caput,  
 Secula multa tamen labunt, cuncta vetustas  
 Quae olim tali est justificata fide.  
 Nec dum desierant judaica regna, ruina  
 In foribus quamvis plurima forent.  
 Ergo tempus erat, quo sorti debita mundo  
 Justitia atq; fides restituenda fuit.  
 Virgo Deo quipero multos optata per annos  
 Nata Palaestina stirpe Maria fuit,  
 Illa pudicitiae ac summi studiosa ferox,  
 Debuit has casto ventre subire vices.  
 Ablegatur ad hanc Gabriel, qui praepes Olympo  
 Quincius, ut coeli gaudia lata ferat.  
 Et sua jam scandens aries per cornua Phoebus,  
 Vigiinti quinos fecerat ipse dies.  
 Lax erat, et toto Mars jam cessaverat orbe,  
 Omnis et armorum fama sepulta fuit,  
 Non tuba, non litui, non buccina curva sonabat,  
 Hostica erant nullò castra locata loco:  
 Sed victum proprio sibi quaerens sibi quisq; labore,  
 Sub jura belligeros dura ligabat Equos,  
 Falcigerumq; sacros Cereris recogebat in culis  
 Enses et clipeos, Martis et arma faber:  
 Exit ab Augusto decretum Casare, qui sine  
 Imperii populis publica jura dabat,  
 Quilibet ut patriam venial censendus ad urbem,  
 Quo posset regni robora scire sui.